

1570 tuor propugnaculorum ruinis ignibus , defunctorum cadavera , quæ publica non modo loca , verum privatas quoque domos compleverant , concremavere .

Ceterum ut insigni aliquo partæ victoriae fructu Selymus potiretur , pulcherrimis matronis , selectis virginibus , puerorum atque adolescentium flore , egregia supellecstile , tria navigia referta Byzantium mittere Mustaphas statuit . Magna vero Mahumetis Bassæ navi , una ex majoribus triremibus , ac myoparone oneratis , dum opportunus navigationi ventus expectatur , ignis repente in navi obortus , in proximamque triremem , ac myoparonem horribili fragore diffusus , momento viros , mulieres , ac prædam omnem absumpsit , navis magistro , ratiocinatore , ac sex Turcis tantum exceptis , qui natando ad litus appulere . Ex iis cognitum est , Cypriam matronam infandæ servitutis jugum perosam , patriæ excidium , civium , ac cognatorum ingentes calamitates , atque ærumnas lamentantem , generoso ausu in tormentarium pulverem igne injecto , memorandum facinus edidisse ; tyranno victoriae exuvias eripuisse : mulieris , quæ priscarum invictum robur , ac fortitudinem æquavit , nomen interiit .

*Mustaphæ  
præcepto  
Danduli  
caput Ta-  
massum de-  
fertur.*

*Marcii An-  
tonii Bra-  
gadenum ad  
Turcas re-  
sponsum .*

*Joannes  
Maria Mu-  
tatius , Cer-  
inii præ-  
fetus , turpi-  
zter Turcis  
civitate  
tradita ,  
perpetuo  
carceri da-  
mnatur .*

Eadem , qua Leucosia cecidit , die Mustaphas æreæ lanci Danduli præfecti capite imposito , per agricolam quemdam Tamassum ad Marcum Antonium Bragadenum , præfectum , deferrи jubet : ni se dedat , cumdem illi manere exitum minatur . Is trecentis equitibus usque ad civitatis portas comitatus ejusmodi responsum tulit ; Mustaphæ diceret , *ad extremum usque spiritum urbem tutari sibi constitutum esse ; vires exer-  
eret ; periculum faceret ; propugnatorum robur , ac constantia quid posset , experturum* . Decimonono kal. octobris motis castris , Mustaphas Tamassum versus proficiscitur , victoriaque insolens , literis ac nuntiis præfecti animum rufus pertentat , si forte periculorum metu , atque adventantis exercitus terrore ad deditio nem flesteret ; farta teatam vitam , fortunas , tutumque , quo sibi libuerit , iter pollicetur . Iisdem artibus Joannem Mariam Mutatius , Cerinii præfectum , Alphonsumque Palatum , qui militibus eo in oppido imperabat , aggreditur . Bragadenus una cum Baleonio infraicti , atque imperterriti , si quis cum Turcarum mandatis , literisve ad urbem